THEOLOGISCH-PHILOSOPHISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Österreich (Admont?), 12. bis 13. Jh. Seite 121v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26564
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pulerat optante quodam ut athenientibus
necessitas restituendi exules esset abhominatum ta
lem redditum. Rutilus nr̄ animosus cum
quidam illum consolaretur et diceret. Arma
instare ciuilia bene futurum ut omnes exules
reuerterentur. Quid tibi inquit malefeci ut
mihi peiorem reditum quam exitum optares.
Malo ut prima meo exilio erubescat quam
reditu mereatur. Non est istud exilium cuius
neminem non magis quam dampnatum pudet.
Quemadmodum illi seruauerunt bonorum omnium
officium quod reddi. sibi penates suo noluerunt
clade comuni. quia satis erat duos in quo
malo affici quam omnes publico. Ingrati hominis
non seruat affectum qui bene de se merentem
difficultatibus quas ipse submoueat uult affi
ci. quia etiam si bene cogitat male precatur.
Quomodo beneficium non semper recipiendum
Set non utique reddere te. Si michi desideranti
non redderes ingratus es. Multo ingratior es qui
desiderare me cogis. Quare subsidere apud te